


**Versio Latina Rescripti a Ser[enissi]mo Duce Slesvici Holsatiae Gottorpiensi ad  
Consiliarium Intimum de Wedderkop Hamburgum transmissi, sub dato Holmiae  
d. 14. Maii 1698**

[S.l.], 1698

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791375978>

Druck Freier  Zugang






*Handwritten text on the spine, possibly in a historical script, including what appears to be '1510' and other characters.*

F. II. 1019<sup>1-53.</sup>

Universitäts-  
Bibliothek  
Rostock



J.C.

# Series Materialiarum


1. Dreyßig Apologia und Rettung d. Disert. ~~Chen~~  
Der fürstlichen Fürst. Büch. C. in Bruges betretend  
Lugdy 1610.
2. Regis Danie Christiani IV. et Principum  
Brunsvicens. ad Ambros. Spinolam Epistola. e-  
jusdemq. Responsio etc 1621.
3. Justitia Caesarea circa Declarationem Banni  
contra Palatinum ~~tempora~~ Electorem etc 1622.
4. Copia der freunds-puncten zwischen dem Kayser  
und König zu Dänemarc und zu Lubeckg. etc  
etc. 1629.
5. Freunds-Verfließ zwischen dem Kayser und Für-  
stlichen zu Dänemarc zu Herg. etc  
etc 1635.
6. Antiqua Bojorum Gloria Sepulchram. 1705.
7. Manifest daß König in Disforden, wider den  
König in Dänemarc etc 1644.
8. Protest und Deduction der Cron Dänemarc  
contra Disforden. Anno 1644.
9. Widerlegung des Disforden Manifests 1644.
10. Ambassaden bey dem Könige zu Dänemarc und  
Disforden Notwendigkeit u. wannum solte ge-  
hen Anno 1644.
11. Copia eines Disforden Non nunc Disforden  
unser freunds von Adel 1644.

12. Friedens Verträge zwischen Königin Christina und  
Christianum IV Königin dänischer 1645 d. 13 August.
13. Beglaubigt Briefe. Herr Wolfgang Wilhelms wegen  
des Grundbesitzes fünf Fälle in Gütlingen Bürger  
Anno 1651.
14. Ruyter Aufsatz von Art Manifests, vorgehen für  
Grundbesitzung in Gütlingen in Bellin und Bors.  
zu in Gütlingen Anno 1651.
15. Preliminar Festschließung des Verfassens, vorgehen das  
König Carl Gustav. den König in Felsen mit König  
übertragen. etc 1655.
16. Antwort auf die Preliminar-Festschließung des  
Verfassens s. s. Anno 1656.
17. Copia 4. Beschreiben des Königs in Dänemark von  
die Stadt Dantzig und deren Antwort etc 1656.
18. Nicanoris ad Thrasy Machi Epistolam, de Justitia  
et morum Succicorum in Polonos. Responsio 1656
19. Eiusdem Responsio Dantzig Anno 1656.
20. Eccleipsis des Lebendigsten Polnischen über Nica  
noris Antwort Anno 1656.
21. Copia Beschreiben des Königs zu Grundbesitzung  
von dem König von Felsen, vorgehen die Conjun  
ction mit Dänemark. 1656.
22. Expositio causarum quibus Rex Suecia Bellum contra  
Danic Regem continuare coactus fuit etc 1658.
23. Responsio ad duo Scripta Danica 15. etc 1658.
24. Antwort Briefe von dem Rostfildischer 1658 auf ge  
wisse Briefe des fünfjährigen Belagerung des  
Dantzig Copien des vorgehen Anno 1659.

25. *Mesive der Hse General Staten der Vereinigten  
Niederlande von d. Königl. Majest. v. Dänemark etc 1659.*
26. *Propositio welche die Königl. Dänische Abgesandte in  
der Hse general Staten Versammlung geben subd. etc 1660*
27. *Propositio des frantzösischen Ambassadeurs in der  
Versammlung der Hse general Staten etc 1660.*
28. *Summarische Zusammenfassung und Deduction der Gene-  
ral Staten nebst dem Memorial des Englischen Ambas-  
sadeurs etc 1665.*
29. *Gegensätzliche Gegengewisse Herzog Joh. Friedrichs  
zu Braunschweig die Succession der Allister Länder be-  
treffend etc 1665.*
30. *Information und Declaration an den Kaiser  
Majest. den Fürstlichen Welfen betreffend etc 1665.*
31. *Historie des Königs in Dänemark Caroli mit  
der Briefl. Correspondenz etc 1666.*
32. *Vielde des Handels in der Provinz Frankreich und die allge-  
meine Monarchie in pretenzionen d. Königs v. Frankreich  
etc 1668.*
33. *Des justes Pretentions du Roy sur l'Empire, etc 1668.*
34. *Der Kaiserin Luovins Frankreich in Dänemark Provinz  
den wegen des Devolutions Rechts in andern Dingen 1668.*
35. *Regen Manifest des Rudolfs Augusten etc d. Bischof  
zu Münster die Briefl. Correspondenz betreffend 1671*
36. *Der protestanten und nicht gut Befindenden Dänischer Provinz-  
dient wegen nicht zu Regungsbewegung übergebenen Provinz-  
en etc 1675.*
- \* Bericht, Kuster, von dem Georg Wilhelm, Herzogen zu Braunschweig und Lüneburg com-  
petierenden juve optionis. Lh. 1665.

37. Ausführliche Gegen-Information des Querschnitts, dinge  
zu Brandenburg wider die Defension des Herrn Nidderstuf-  
fische Curisd. angüben Sumar-Information 1675.
38. Und Defension, eines Jüniffen, von Adels des Westfälisch  
Pottorffs, Präsidenten von Kurland etc. 1676.
39. Zuerst Magnus de la Gardie Apologie 1678.
40. Defensio Johannis Bunonis contr. Clauum. Rosenkrantium.  
Apologetam Jura Regis Danica concern: 1683.
41. Anmerkung von Peter Dunsinore Al. über die Verant-  
wortung der Kaiserin von Christian Albrecht Protogger  
zu Holstein die König. Professors in Augspurg. 1685.
42. Gründliche Ausführliche des Duxit, Jerrigen Jura  
Kort in König in Brandenburg die Quartier-Verpflicht  
betreffend ao 1689.
43. Des Protogger von Cöhringen, Besandter, Memorial  
an der Kaiser. Majest. Besandter, seiner Restituti-  
on betreffend ao 1690.
44. Gründliche Anzeig: des Protogger von Polstein, Eleo-  
nora Carlotta von absterbs Protogger Julii Fran-  
tzus die Land Gerdien vor allen pretenden-  
ten gebürt in Augspurg, 1693.
45. Antwort und Resonnements ruff die Dirsicht des  
Santwärtigen, Ambassadeurs die freundl. conditio-  
nes an die Kaiser. allierte betreffend 1694.
46. Mercurii Mittheilung aller Jerrigen, Dirsichten  
die Land Hoyt in der Wöldt in Esab, die Stadt Pruss,  
Cury und der Protogger von Cöhringen, be-  
treffend ao 1697.

- 47 Rescriptum a Duce Gottenpiensi ad Consiliarium in-  
timum de Wedderkop. 1698.
48. Lettre de Mons. L... à Mons. P... en Hollande  
l'anno 1700.
- 49 Die Außgründung der Freystadt gegen die  
Drohung der Chicanes des Fürstbischöflichen  
Hofes etc 1701.
- 50 Abdruck des von J. Ragnor Majest wider Herzog  
Ferdinand Carl von Mantua in seiner  
Räthe, wegen absonderlicher Untertänigkeit  
in Verordnung etc 1701.
- 51 Propositio des Ragnor. Plenipotentiaru ge-  
gen dem Correspondenzen fürst. Abge-  
sant zu Frankfurt und datselbes Antwort  
des Fürstbischöflichen Hofes betreffend 1701.
- 52 Ursachen, warum der April Triumphzug  
Lüneburger Linie wider Braunschweig  
Wolfsbüttel Linie durch armatur sein  
Vorsatz zu probiren gemüßigt worden 1702.
- 53 Holländisches Manifest gegen Frankreich  
und Spanien anno 1702.



201246

FRIEDERICUS

*Versio Latina*

RESRIPTI

44

à

Ser<sup>mo</sup> Duce Slesvi-

ci Holsatiæ Gottorpiensi

ad Consiliarium Intimum

de WEDDERKOP

Hamburgum transmissi,

sub dato Holmiæ d. 14. Maij 1698.

1

## FRIDERICUS.

**I**ncidit hic nuper in manus nostras Rescripti cuiusdam Danici, quod d. 5. Aprilis ad Consiliarium Intimum de Ehrenschild Hamburgi commorantem transmissum dicitur Exemplar, in quo non tantum ratio nostra agendi varie & indigne carpitur, sed etiam Literæ Requisitionales quas ad Sponsores Tractatus Altonaviensis super præstandâ ab iis Guarantia mittere necessum fuit, tanquam classicum, quod dicitur, canentes additis insuper causæ meritis, invidiose admodum exagitantur.

Et quidem satis speciose res agitur, ita ut nebulam offundere illis possit, qui eâ penitus non perspectâ de iure partium pronuntiare amant: Verum tantò minus criminis habent dictæ literæ, quas in eum finem ne vis aliqua, præcedentis anni exemplo, Nobis ex improvviso inferretur, tranquillitatis conservandæ ergo, exarari providè curavimus, quo plus favoris meretur infirmior, qui de damno vitando laborans in eò solummodò occupatus est, quo otio cum dignitate securè frui possit.

Quamobrem ne Nobis deesse videamur, necessarium duximus, has ad te dare literas, juncto Man-

Mandato, ut pariter, ac Nos in quibusdam aulis fieri curavimus, Omnibus Hamburgi degentibus Ministris harum imprimis copiam facias, & pro eâ quâ polles Nostræ Causæ ejusque momentorum notitiâ repræsentes, quâ æquitate quoque veritatis colore Novitatum, & tanquam Autores disfidiorum, argui queamus, qui à primo Regiminis anno hucusque continuâ serie provocati fortunæ beneficium lubentes arbitramur à potentiore non lacesse. Quæ superiore tempore sub larva Unionis & Communionis Domui Nostræ intentata sunt, eadem fabula, tametsi præsidium earum destructum edita tunc scripta satis superque probaverint, Nobiscum tamen adhuc luditur, & crimini ducitur, quod in præscriptam de sensu Unionum & Communionis formulam consentire detrectavimus: quæ quemadmodum ipsis & authenticis Pactorum & Conventionum verbis eorumque genuino sensui, & plusquam Centenariæ memoratæ Observantiæ conveniat, etsi ex scripto, quod pro titulo habet Causæ Conjectio, diversisque aliis Mediationi exhibitis Memorialibus abunde constare possit, hic tamen breviter respondendo ad Contraria Argumenta exponendum existimamus, quo publico innotescat, quam inique Nobiscum agant, qui omnem turbatæ aquæ culpam in Nos derivare operosè satagunt.

Primum pro Unionum sensu stabiliendo & in fronte tanquam maximum robur habens collocatum Argumentum agit de forma Unionis conceptæ a. 1623, quæ inter Slesvici & Holsatiæ Duces Statusque Ducatum nemine Senatorum Regni Daniæ præfente renovata & extensa esse venditur. Certe hoc à Ducibus Statibusque Slesvici Holsatiæ ut ab unâ parte peractum esse facile & sine præjudicio causæ concedere possumus, ab altera enim parte, à Rege scilicet ( qui duplicem hic personam Regis & Ducis sustinebat ) & à Senatoribus Regni Daniæ idem factum esse debuit, nec ullo modo ex subscriptione illâ à Ducibus & Statibus Slesvici Holsatiæ factâ sequitur, Uniones earumque renovationem Duces provinciasque Ducatum stricte attingere, nulla enim Obligatio mutua ex illa renovatione & extensione dictæ Unionis d. a. 1623 inter Duces qua tales nascebatur, sed quæ vi illius præstanda & auxilia ferenda erant, non Duci à Duce, verùm Ducibus à Regno, & vice versa Regno à Ducibus præstari debebant: Idem etiam verba ejus finalia de futuro modo renovationis declarant, concepte enim & notanter ibi dicitur: *Eam in futurum semper fieri debere à Ducibus cum Regno Daniæ*, quo nihil clarius esse potest. Et quid porro opus fuisset specialibus illis & ad cer-

tum

tum tempus inter Duces Slesvici Holsatiæ quæ tales in  
annis 1634 & a. 1636 contractis Unionibus, si prædi-  
cti Duces jam antea vigore priorum Unionum de  
a. 1533, & 1623. eò invicem inter se obstructi fuissent.

Secundum adversæ Partis pro sensu Unio-  
num asserendo fundamentum est ex epistola quadam  
à B. Domino Parente P. M. ad Regem a. 1672. d. 21. A-  
pril. scripta petita, ubi hæ Uniones Ducatum re-  
spectu Pragmatica sanctio dicuntur: Videre autem est  
ex collatione utriusque sensum Literarum Versioni  
Latinæ parum convenire: mentio enim ibi fit, eam  
in Ducatibus semper fuisse Observantiam, ut in Dia-  
ta Provinciali omnia communicato inter Duces Re-  
gnantes consilio & consensu proponerentur, secus ac  
Rex tum temporis agere intenderat: Et certe posi-  
to non concessio contrario, quid inde præsidii causæ  
Danicæ quæreretur? anne solâ quadam Enunciatio-  
ne ipse antiquus, genuinus, & probatus Unionum sen-  
sus interverti, mutari, & aboleri possit? Sanè majori  
successu opponimus huic assertioni ipsam Regis Epi-  
stolam a. 1677. ad Beatum Dn. Parentem P. M. scri-  
ptam, ubi affirmatur: Nullam Unionum observan-  
tiam esse inter Duces qua tales, sed eas valere inter  
Regem Regnumque ab una, & Duces ab altera par-  
te, Duces enim quæ tales ligantur solummodo inter se

per Pacta hæreditaria , perq; ea de quibus specialiter inter eos convenit.

Alterum desperatæ causæ tabulam præstat Ducatum Communio, ut perperam volunt, Universalis, ad cuius faciendam fidem prætermittis reliquis innumerabilibus, ut fertur, documentis, adducitur pro Ratione decidendi illa ipsa B. Dni Parentis ad Regem scripta supraq; allegata epistola, quæ vult modo memoratam defensionem Ducatum determinandam esse non separatim, sed mutuo utriusque partis consensu. Cui sententiæ Nos itidem adstipulamur, hoc sc. obtinere, quando imminente periculo intuitu totius Corporis Ducatum defensio suscipienda, statusque super hoc in specie collectandi: Eo ipso attem Defensionem Particularem & Naturalem, ejusq; rationes ineundas alicui in proprio ipsius Territorio negata esse, nemo fortè nisi præjudiciis totus deditus, Historiæq; rudis affirmaverit, certè Nos hoc exemplo Imperii Germanici, Uniti Belgii, Corporisque Helvetici, secundum Juris & æqui regulas arbitrandum publico relinquimus.


Demum in subsidium prætensæ Communionis Universalis vocatur Conventio aliqua, quæ a. 1555. d. 21. Decemb. inter Regem Christianum III. & Duces Johannem & Adolphum inita, omne negotium ab-

absolvere dicitur: Verum cum illius Conventionis Autographum vel Exemplum vidisse Nobis vel Nostris nullo unquam tempore contigerit, Nos illam suo loco eò usq; cum reservatione Jurium relinquimus, nō inmeritò quærentes, cur tanti ponderis documentum nunquam nec in Negotio quidem Altonaviensi in lucem prodierit, ubi eadem materiæ tractatæ, absolutæ, & sopitæ sunt, sicq; ulterius resuscitari nequeant.


Elisi hoc modo contrariis pro Unionum sensu allatis argumentis, & eversa Ducatum Communione Universali prætensa, restat ut exponamus, quâ ratione quaque veritate vitio Nobis verti, & Patriæ periculosissimum maximeq; damnosum consilium contra Rei Naturam & Pacta Hæreditaria in itum appellari queat, quod separata Ducatum territoria, prout sunt, ita etiam esse, contendimus. Consulat aliquis (ut in transitu tantum afferamus, quemadmodum Edictum de Proscriptis & Relegatis a. 1622. comuni Regis Ducisq; Nomine promulgatum, & Statutis Provincialibus comprehensum diversa Territoria in Ducatibus, diversamque Jurisdictionem esse, in terminis indicet) omnium pactorum Hæreditariorum ipsa verba, & deprehendet, divisis cum omni Jure & Superioritate Territoriali Ducatibus nihil aliud in Comunione relictum esse præter Prælatos & Nobiles, 2 quædam Vectigalia,  
3 quos.


3 quosdam Canonicatus in Episcopatu Lubecensi & Hamburgensi alternativè conferendos, & 4 Ipsam Civitatem Hamburgensem, & mirabitur, quantus post rem ita clarè explicatam Communionis adhuc lusus sit & quam oborto, ut ajunt, collo eò detorqueantur, quæ expressis verbis excepta sunt, & è contra ipso facto eximi volunt, quæ evidenter in Communione relicta sunt, quod unico exemplo Civitatis Hamburgensis, quæq; eo intuitu præcedente tempore à parte Regis præviâ nullâ Communicatione gesta & attentata, novissimeq; in puncto Commissionis Cæsareæ nunc repetita sunt, abunde apparet.

Cum igitur Partis Utriusque merita ex adductis affatim elucescant, superest, ut in verbis breviores Mediationi, Universoque non præoccupato Orbi de Jure & Iniuriâ dijudicandum demus: Quam censuram tanto minus dubitamus subire, quo confidentius speramus, deque Sponsorum Recessus Altonaviensis æquanimitate Nobis promittimus, fore, ut in causa omnibus Principibus comuni quantociùs in medium consulturi sint, quâ ratione dicto Recessui vigor suus integer constare, tranquillitati & securitati communi efficaciter prospici, Juraq; & Regalia Nostra contra omnem violentiam facta, tecta, & illibata conservari possint.









the scale towards document

15

Auch klärlich blicke lassen/das so wir nicht ab-  
thun unser hohen Willen wolten mit Franck-  
was auffer dem nichts zuthun wäre / gleich wie  
ve die deswegen gesandte *ministri successivè*  
arucke geruffen worden.

er König von Frankreich an uns durch seinen  
fels ein *memorial declariren* lassen/das seine Ver-  
ab *Postur* wäre umb gegen uns zu *agiren*/ wann  
zeitge welches er uns in gedachtem *memorial* vor-  
liche Antwort zu geben und *resolviren* würden.

klarer sein ind ge als das das Dessen des gegenwärtige  
en gegen die Freyheit unserer Republic un unser Com-  
n Frankreich ein un dasselbige sey/ ja selbst aus der Di-  
scheinbarlich abzunehmen / auch weltkundig das der  
sch und der jetzige König von Spanien in *effectu* er-  
fi das der König von Spanien nichts anders kan oder

nige was dem Könige von Frankreich wollgefällig ist/  
bnigreiche Frankreich un Spanien gleichsam als in ein-  
/daraus folgendes nichts anders mag abgenommen wer-  
jenige was der König von Frankreich gegen uns und

zum Nahmen des Königs von Spanien solches auch  
achten König von Spanien oder zum wenigsten durch  
. Das also gedachter König in Frankreich wegen obren-  
die Spanische Tropfen unter den Namen des Königs  
het umb seine gegen uns hegende Dessen mit selbigen  
unter diesen Namen un Kraxext der König in Frankr-  
ortifications. Werck bauē noch unter der Verichtung  
er Festung dieser Republic/welches Schantzgrad zus-

s Tractat welcher An. 1648. mit dem Könige vō Spa-  
n / auch aller Vöcker und Kriegs Recht entgegen ist.  
ig von Spanien alle die Demaschen des Königs sein  
lein duldet/sondern auch selbige selbst autorisat sa-  
tion von der gesamthen Spanischen Monarchie/in

Spanischen Niederlanden / welche ein höchst nöthige  
public seyn; das die adeliche und naturaliche Rechte  
v / die wir auf allen Seiten umringt/ un von allen Or-  
rt und belagert/ da unsere Willen bereit schon zum  
ig von Frankreich anquirt/ und von gedachtem Ab-

so vielen Gefahren bedrohet worden/das wir gegen sol-  
en un gehalten sind/ die zungst Wirt zu gebrauchet/wel-

Image Engineering Scan Reference Chart TEX3. Serial No. C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 A20 B5 A5 20 18 17 16 11

